







lt. l. n. 7.

2, 434. 278  
273

14

B. C. D.

DISSERTATIO IVRIS FEVDALIS  
DE

**VASALLAGIO  
SVBIECTIONEM NON  
INFERENTE**

**Lehen-Mann sein Wnterthan**

*PRAESIDE*

**DN. HENRICO HILDE-  
BRANDO ICTO**

**SERENISSIMI DVCIS PALATINI SOLISBAC.  
NEC NON REIPVBL. NORIC. CONSIL.  
COD. ET IVR. FEVDAL. PROF. PVBL.  
VNIVERSIT. SENIORE**

**PATRONO ET PRAECEPTORE VENE-  
RANDO COLENDO  
ERVditorVM VENTILATIONI**

**IN ORDINE CIRCVLARI  
PROPOSITA**

A

**PAVLO Bachau NORIMB. I. V. CVLT.**

**D. MII cIo Idccc XXI.**

**ALTORFI**

**LITERIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.**



DISSEPTATIO IURIS FEVDALIS

VASSALLAGIO

SUBIECTIONE

IN FEUDIS

IN REGNO SACCIAE

AVTHORE DV. HERMANNO WITTE



LEIPZIGI

1842

VERLAG VON C. F. W. BUCHHOLDT

UNIVERSITÄT

PAULUS

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT





CAPVT I.

Vasallagii & Homagii differentiam multifariam ostendens.

S V M M A R I A.

- I. Appellatio iuramenti fidelitatis varia, & vasallagii significatus ipsa iurata fidelitate amplior, demonstratur.
- II. Exhibet definitionem nostri vasallagii, & quomodo, si iuramento fuerit firmatum, hoc distinguatur a iuramento ministeriali.
- III. Nexum feudalitatis & homagii, sepius in una eademque persona concurrere, asseritur.
- IIII. Monet tam fidem vasalliticam, quam homagiale, ab initio tam Romanis, quam Germanis injuratam quidem fuisse, sed iuramentum fidelitatis, ante homagiale iuramentum, invaluisse, suscipiatur, hanc in rem formulas veteres ejusmodi iuramentorum adductas videbis.
- V. Indicat discrepantiam Vasallagii ab homagio, ex formula Vasallagii iurata, tam secundum mores hodiernos, quam veteres etiam Alemannorum, usitata.
- VI. Differentiam homagii a vasallagio, istius formulam iuratum, moribus receptam, pariter arguere, affirmatur.
- VII. In genere, sub mentione pleurium differentiarum utriusq. iuramenti, monet, quod sola possessio immobilium, sine habitatione in alieno territorio, non exigat homagium, nisi mos regionis id postulet; at si possessor immobilium simul ibi habitat, tunc eundem homagio prestando subesse, asseritur, etiamsi sit forensis, nempe clericus, aliusve.
- VIII & VIIII. Specificice differentie inter vasallagium & homagium adducuntur, atque singulatim recensentur.

I.



Iuramentum, quo Vasallus Domino feudi, secundum communem naturam feudorum, fidelitatem, die Lehn-Pflicht/ oder die Herren-Hulde/ promittit, dicitur in jure feudali quandoque simpliciter fidelitas, quandoque



que fidelitatis iuramentum & sacramentum. 2. F. 33. & 24. Horn. *J. F. Longob. Teut. c. XIII. §. 1.* interdum etiam hominum, sive homagium audit. Cujac. *lib. VIII. obs. 14.* Schilter. *Comment. ad Jus Feud. Alem. cap. IV. §. 6.*, pariter vasalliticum iuramentum, sive Vasallagium vocatur. Itter. *de Feud. Imp. cap. IX. §. 43.* Verum enim vero, istud sacramentum ab ipso vasallagio, multum differre censemus, utpote quo nexus obligatorius feudi, inter dominum feudum conferentem, & vasallum feudum accipientem, actu constituitur. Rosenthal. *de Feud. lib. 1. cap. V. concl. 78. n. 4. & 5.* etiam si nullum plane iuramentum intercesserit; hoc equidem modum, fidem vasalliticam, secundum naturalia feudorum, efficacius firmandi, efficit, sed præcise ad essentiam feudi non firmet, cum fidei feudalis promissio & obligatio, ad fidem vasalliticam exhibendam, sine iuramento quoque existere valeat. 2. F. 3. *in fin.* 2. F. 24. §. 1. *in fin.* ibique Birtch. Rosenthal. *de Feud. lib. 1. cap. 2. concl. 55.* quia, licet remissio iuramenti fidelitatis vasallo sit facta, ipse tamen nihilominus ad omnia ea, quæ alias iuramento a vasallo præstando continentur, obligatur. 2. F. 47. *in fin.* Horn. *J. F. Longob. Teut. cap. II. §. 13.* Rosenthal. *de Feud. lib. c. 2. concl. 60. 61.* hinc a fidelitate ipsa, & ab ejusdem promissione, vasallus nec pactis conventis, nec præscriptione, liberatur, quippe quæ ad essentiam feudi pertinet. Faciunt huc verba Oberti: *Nulla investitura debet ei fieri, qui fidelitem facere recusat; nisi eo pacto acquisitum sit feudum, ut sine iuramento fidelitatis habeatur.* 2. F. 3. *in fin.*

## II.

Quare Vasallagium recte definitur, quod sit professio sive declaratio & promissio a vasallo domino feudi data, se ejusdem hominem ac fidelem esse ac fore, donec feudum, de quo investitus, teneat. Schilt. *Comment. ad Jus Feud.*



*Feud. Alem. cap. III. §. 6. & 7. Molin. in consuet. Paris. T. 1. §. 1. qu. 5. n. 45. & Struv. S. J. F. cap. VIII. aph. 6. n. 3. & 4. & cap. VIII. aph. 2. & 3. sive itaque hæc promissio fidei, & vasalliticæ aut fidelitatis feudalis, sine juramento, sive secundum communem naturam feudorum & usum, cum sacramento, domino feudi, ratione rei feudalis sit facta; semper tamen discrepat a fide, tam ministeriali domesticitatis & familiaritatis, quam homagiali, sive subjectionis & obedientiæ, quemadmodum Obertus has fidei species 2. F. 5. diligenter distinguit. De vasallitica nostra ait: *Vasallus fidelitatem jurare sic debet: Ego juro ad hæc sancta Dei Evangelia, quod a modo inantea* (quæ voces significant idem ac deinceps, in posterum, vel posthac: Gall. *d'ores en avant?* vel uno verbo: *dores en avant*: Germ. *von nun an / hinfüro*: Bitseh. ad 2. F. 5. n. 1.) *ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit domino, pandam alii, ad ejus detrimentum, me sciente.* De ministeriali ait: *Si vero domesticus, id est, familiaris ejus sit, cui jurat.* (domestici enim familiares, ministeriales, die *Besdiente und Gesinde*) dicebantur Regum, Principum, Episcoporum ministri, præfecti & palatini. Schilt. ad *Jus Feud. Alem. cap. 4. §. 6.*) Itemque de subjectionis fidelitate pergit: *Aut si ideo jurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub jurisdictione sit ejus, cui jurat: nominatim vitam, membrum, mentem & ejus rectum honorem custodire jurabit.* Siquidem fides vasallitica, duntaxat a vasallo præstatur domino feudi, ratione rei feudalis, quatenus est ejusdem rei possessor; igitur tenetur domino feudi obedire & parere, non simpliciter & in omnibus causis, sed tantummodo in causis feudum concernentibus, & respectu officiorum feudalium, quæ Vasallo incumbunt, atque horum intuitu tantum promittit suam fidelitatem. Stephani. *de Jurisdict.**



P. 1. c. VII. n. 185. 209. & 224. Victor. de Exemt. Imperii concl. XXII. n. 36. Sed ministerialis fides promittitur duntaxat a ministris & officialibus, aliisque in servitio domini detentis, atque sic intuitu officii, ministerii, conditionis domesticæ, & servitii, ac dicitur: *Kaths-Unts-Dienst-oder Diener-Pflicht*. Befold. voc. *Huldigung*. n. 48. Speidel. ead. voce. n. 53. Talis fides ab eisdem præstatur, etiam si non teneant feudum a suo domino, modo sint actu in ejusdem ministerio, expeditione & domo, ac sint vel camerarii, magistri domus, consilarii, pincernæ vel dapiferi, vel alii famuli ministeriales ejusdem; unde hæc præstita fidelitas domesticitatis, familiaritatis atque affecurationis audit, cujus fidei promissio id eo est inventa, ut omnis insidiatio atque infidelitas horum ministerialium, eo magis excludatur. L. 27. C. de Donat. Mozz. in tract. feudal. p. m. 105. Ast homagialis fidelitas præstatur domino a civibus & incolis, ratione superioritatis territorialis, & jurisdictionis excellentis ordinariæ, ipsi competentis, ab omnibus subditis in territorio domiciliatis & habitantibus, atque fidelitatem mere personalem involvit, dum subditi atque incolæ talem fidem præstantes, hujus fidei intuitu, absolute ita subjiuntur dominis suis, ut teneantur eisdem parere in omnibus, quæ ad statum civitatis, secundum ipsius formam pertinent, & ad potestatem Legislativam, Magistratum, tributa, jus belli & alia onera provinciæ & territorii spectant, ceu late exequitur Maul. de Homag. cap. I. per tot. Schilter. de Landsass. cap. VIII. hinc intuitu omnium horum onerum dicitur, *Landes-Huldigung/ Erbo-Huldigung/ Erb- und Unterthanen-Pflicht*. Maul. cit. loc. Horn. *Juriſpr. Longob. Teuton. c. XIII. §. 1.*

III. Hoc



III.

Hoc tamen non est inficias eundum, quod, licet in se fidelitas vasallitica & subjectionis, secundum superius adducta, notanter differant, illa tamen quandoque in una eademque persona concurrere soleant, & sic mixturam subjectionis & vasallagii faciant, id quod tunc cumprimis accidit, quando Reges atque Principes, sive Status Imperii, feuda concedunt suis subditis, eaque de suo Regno, atque Territoriis constituunt, quo casu subjectionis & vasalliticae fidelitatis mixtura quaedam accidit, ut illa a vasallis simul subditis exigatur, hinc vox: *Hulde* / utriusque fidelitati, tam subjectionis, quam vasalliticae, communis facta, ceu hodie id imprimis cernere licet in Statibus Imperii vasallis, & horum, si territoria clausa habent, vasallis Landsassiiis. Schilter. *comment. ad jus feud. Alem. cap. IV. §. 9.* *Inter. de feud. Imp. cap. VIII. §. 43.* Horn. *jurispr. feud. Ital. Longob. Teuton. cap. XIII. §. 5. & 6.* Siquidem in his qualitas subjectionis & fidelitas vasallitica conjunctim existit, nec separari potest, nam subiectio personalis in iisdem elucescit exinde, dum illi, si vel in Imperio, vel etiam in territorio quodam, ubi domicilium constituunt, bona quaedam sita immobilia, jure fidelitatis tenent, hoc respectu, & ratione personae, & ratione rei suae ibidem sitae feudalis, fidelitatem illam & subjectionem, quam alii subditi promittunt, ceu vasalli territorii praestare tenentur, unde ista mixtura concurrens vasallagii atque homagii, ratione fidelitatis & subjectionis, potest negari vel minime, quia potissimum tam in Imperio, quam in territoriis, ubi Landsassiatum plenarius viget, die *völlige Landsässerey* / palam est, ut nemo possit possidere bona immobilia, atque sic nec feuda, nisi simul sit subditus, praestetque homagium personale cum vasallagio conjunctum, id quod plerumque



que in territoriis clausis, utpote Electoratu Saxoniae, aliisque Provinciis Saxonis obtinet. Horn. *jurispr. Feud. Longob. Teuton. tit. XIII. §. 6.* nec non Austria, Palatinatu superioris, & Bavaria, Hassia, Pomerania, Megalopolitano ducatu conspicitur. Vitriarius. *in Institut. Juris publ. Lib. I. Tit. XXII. §. 2.* ibique Pffeſſing. *in not. lit. a.* nec non Schilt. *Exerc. ad ff. XIII. th. 26. & 27.*

## IV.

Quanquam diversa fides ista atque fidelitas, cujus superius meminimus, ab antiquis & prioribus temporibus, jurejurando firmari moris non fuerit, nam sicuti Romani, a primordio suae civitatis, nullam a suis subditis subjectionis solemnem fidelitatem & jusjurandum exigebant; ita nec Germanis primitus id usitatum fuisse viderur, nisi, quod subinde ad ductum Sacri Codicis Jos. I. *vers. 17. 2. Sam. V. v. 3. 1. Paralip. XXIII. v. 16. 1. Mach. XIV. v. 47.* illam consuetudinem receptam suspicari liceat. Thomaf. Maul. *de homag. Tit. I. n. 2. seqq.* Nihilofecius tamen, vasalliticæ juratæ fidelitatis exactio, antiquior putanda est, quam subditorum in universum: siquidem omnes istæ formulæ jurisjurandi veteres atque primævæ, vasalliticæ duntaxat apparent. 2. F. 5. & *cap. antec.* ubi Obertus, feudista, jurare fidelitatem vasallum domino suo debere, hisce verbis adstruit: *fidelitatem dicimus jusjurandum, quod a Vasallo præstatur domino. & in textu 2. F. 3. nulla investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat, nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, ut sine juramento fidelitatis habeatur.* nec non textus juris feud. Alemann. cap. III. ait. *der Mann soll eine Herren Hulde tun mit sine eide / daß er yne also getruwe sy / sin recht zusagende / wo ers gefraget werde / und sinen Fromen zu vorderen / und sinen Schaden wenden / als verre er mag / on geverde.* Alias ejusmodi formulas fidelitatis vasalli-



vasalliticæ adducit laudatus modo Obertus, & cumprimis illam, quam ex Fulberti, Carnotensis Episcopi, suggestione, Wilhelmus, Dux Aquitanorum, A. 1620. introduxit, & Gratianus excerpfit *caus. 22. quest. 5. can. 18.* imo jamtum temporibus Caroli M. ab initio Regni sui, præstita fuit jurata fidelitas, non quidem a meris vasallis & non subditis, sed vasallis subditis, atque sic non ab omnibus, sequentis tenoris: *Sacramentale, qualiter promitto Ego, quod ab isto die in antea fidelis sum Domino, Carolo piissimo Imperatori, filio Pipini Regis & Berthana Regina, pura mente, absque fraude & malo ingenio, de mea parte, ad suam partem, & ad honorem regni sui, sicut per drietum debet esse homo Domino suo, si me adjuvet DEVS, & ista sanctorum patrocinia, qua in hoc loco sunt, quia diebus vitæ mee, per meam voluntatem, in quantum DEVS mihi intellectum dederit, sic attendam & consentiam.* Posteaquam vero observatum fuit, hanc rem in abusum fuisse deductam, & fidelitatem restrictam ad solos vasallos; hinc ad reliquos subditos, etiam quoad subjectionem sine vasallagio, istud juramentum extendi cœpit, per hanc formulam: *Sacramentale, qualiter repromitto ego Domino Carolo piissimo Imperatori, filio Pipini Regis & Berthana, fidelis sicut homo per drietum debet esse Domino suo, ad suum regnum & ad suum rectum.* Et illud Sacramentum, quod juratum habeo, custodiam & custodire volo, in quantum ego scio & intelligo ab isto die in antea. Si me adjuvet Deus, qui cælum & terram creavit, & ista sanctorum patrocinia. Hæc formulas hominii, Carolo M. præstiti, ambas exhibet Baluzzius ad A. 802. quarum prior tamen, DN. Schiltero cum Duschenio ad initia Regni pertinere videtur, posterior ad dictum annum, juxta can. 2. Kapitularis II. istius anni, in *Comment. ad jus feud. Alem. cap. IV. §. 7.* & illam posteriorem formulam, Imperator non tantum præstandam illis injunxit, qui antea priorem

B

jura-



juraverant, sed & iis, qui adhuc ipsum promissum nondum perfecterant, omnibus, qui usque ad duodecimum ætatis annum venerant, Kapitulare II. can. 2. A. 802. Palam hinc est, veteres istas formulas, fidelitatis subjectionem, præsupposuisse, & sic post subjectionem injuratam, demum invaluisse fidelitatem juratam, proindeque juramentum fidelitatis antiquius esse juramento subjectionis. Schilt. *Comment. ad jus feud. Alem. c. IV. §. 2.*

## V.

Sicuti autem discrepantia fidelitatis vasallitiæ sive vasallagij, a subjectionis sive obedientiæ fide, jam ab antiquis temporibus satis innotuit, sicque eadem nec ratione originis, nec ratione personarum & effectus, negari possit. 2. F. 5. *ibique* Bitsch. ita hodiernum ea perstitit immutata, & nequaquam alterata, tam quoad formulam juramento firmandam, quam quoad subjectum, objectum atque singulares effectus. Nam quod (x) diversitatem formulæ attinet, ista in eo conspicitur, quod vasallus verbis magis temperatis jurare soleat, & duntaxat fidelitatem promittat, se velle esse: *getreu und hold* / quale exemplum fidelitatis vasallitiæ juratæ in Appendice B. Stryckii *Exam. jur. Feud. N. XVIII.* habetur, interdum etiam additur, *gewärtig* / & clausula: *Wie einen getreuen Lehmann gegen seinen Lehn-Herren zu thun gebühret* / nec non clausula: *Die Lehen zu verdienen / und da sie zu Falle kommt / derselben Folge zu thun / oder gebührend zu mütthen / und zu empfangen.* Vox autem: *Behorsam* / haud temere fidelitati vasallitiæ addi solet, cum illa obedientiam subjectionis inferat. Heiderus in *deductione Lindavienfi* p. m. 840. Gail. *de Arrest. Imp. c. VII. n. 10.* Quod si vero illa inserta fortean appareat, de obedientia feudistica ea duntaxat intelligenda venit.



venit. Horn. in *jurispr. feudal. Long. Teut. cap. XIII. §. 3.* Formula a feudista Alemannico in *cap. IV.* proposita, tres partes habet, quarum *prima* est: de jure, honore domini, ac statu ejus dignitatis conservando, *altera*: de utilitate ejusdem quaerenda, & *ultima*: de damno domini avertendo; in verbis: daß er ihm also hold und getruwe sy / sin recht zu sagende. Quam formulam etiam superiori & anterioribus seculis, in Alemannia usitatam, deprehendere licet, veluti in curia feudali Metensis Episcopatus A. 1480. & A. 1570. in verbis: und hat uns davon gehuldet / gelobt und geschworen / getreu und hold zu seyn / und alles zu thun gegen uns und unser Stifft / was ein Mann pflichtig item. hat solchem nach N. N. einen gestapten Eyd zu GOTT und seinen heiligen Evangelio gelobt und geschworen / uns und unsern Stifft getreu und hold zu seyn / frommen zu werben / und schaden zu wenden / und fürder alles das zu thun / was ein treuer Lehmann seinen Herren seiner Lehen halben von recht und Gewohnheit zu thun pflichtig ist. Schilt. *Comm. ad jus Feud. Alem. c. IV. §. 8.*

VI.

Ast hæcce, circa fidelitatem feudisticam juratam, in medium modo adducta, secus ubique se habent, circa formulam juramenti homagialis & subjectionis: siquidem hac ipsa subditus jurato asseverat, se velle seinen Landes-Herren getreu / hold und gewärtig / auch gehorsam / vel unterthänig / gehorsam / hold / getreu und gewärtig seyn / als ein getreuer Landes Unterthan seinen rechten Erb-Herrn und Lands-Fürsten oder Lands-Obrigkeit zu thun schuldig. Maul. *de homagio Tit. I. n. 18.* nam hoc juramentum respicit subditorum subjectionem, obedientiam, reverentiam, obsequium, operas, auxilium, nonnunquam



æus alienum domini, in commodum & utilitatem subditorum, contractum solvendum, alimenta ipsi præstanda, redemptione ejusdem suscipiendam, collectas, vectigalia rerum venalium, potus & cibos, jus protectionis & advocatiæ, constitutionem & confirmationem magistratuum, aliave, de quibus Maul. *cit. tr. Tit. 2. usque ad tit. 12.* Ex his jam facile colligi potest, quod magis importet atque efficiat, esse subditum, quam vasallum, illumque strictius esse obligatum domino suo, quam vasallum. Rosenthal. *de Feud. c. V. concl. 78. v. 5.* Vultej. *de feud. cap. VI. n. 4.* Wehner. *in Observ. pract. voce: Lands- oder Erb- Huldigung.* Nempe ratione objecti hoc interpretandum est, nam in pluribus causis, etiam non feudalibus, obligatur subditus, quam vasallus, quam ob rem id non formaliter, ratione ipsius obligationis accipiendum venit, ut pote quæ omnino tam stricta, tamque arcta & fortis extat in vasallo, quam in subdito, prout graviter hac de re differens istud inculcat Rosenthal. *de feud. c. X. concl. 15.* Eyben. *in elect. feudal. cap. XI. §. 13. p. 253.* nec non Horn. *in jurispr. feud. Longob. Teuton. s. XIII. §. 3.*

## VII.

Ex hætenus adductis, differentia vasallagii sive fidelitatis vasallitiæ, & homagii sive fidelitatis subjectionis, atque obedientiæ, simul satis, ceu arbitramur, patescit: nam vasallus fidelitatem debet, non mere personalem, ut subditus, sed ratione qualitatis feudalis, realem, quatenus est possessor feudi; igitur duntaxat intuitu rei in feudum acceptæ, & tantum in causis feudum concernentibus, atque intuitu officiorum, quæ vasallo incumbunt, partitionem præstat. Struv. *Synt. I. F. c. XVI. aph. IV.* ibique DN. L. B. de Lyncker *in analect.* verbis: *cause feudales.* Stephan. *de juris.*



*risd. P. I. cap. VII. n. 183. & 209.* Ast homagium & fidelitas subjectionis, ejusdem promissorem, quoad personam suam, ita absolute subjicit domino suo, ut obedire & parere ipsi teneatur simpliciter, in omnibus causis, quæ ad statum civitatis, secundum ipsius formam, legislativam potestatem & magistratum, nec non collectas, jus belli, auxilia & operas, aliaque spectant. Maul. *de homag. cap. I. usque ad cap. XII.* Preterea in persona homagium jurantis exigitur domicilium & habitatio, sed in vasallagio & fidelitate vasallitica, ad ejusdem perfectionem hæc non exiguntur. Maul. *de homag. Tit. I. n. 16.* Titius in *T. L. R. cap. XIV. §. 54. & 55.* Hinc illi, qui bona in territorio aliojus domini possident allodialia, & non ibidem habitant, pariter homagium regulariter præstare non coguntur. Vultej. *de feud. Lib. I. c. VI. v. 5.* Schneidew. *de feud. P. I. n. 58.* Rosenthal. *de feud. cap. VI. concl. 86. n. 8.* nisi consuetudine aliud fuerit introductum. Maul. *cit. loc.* quo casu homagium istud reale audit. Horn. *jurispr. Long. Teut. cap. XIII. §. 4.* Quod si autem quis ejusmodi in territorio habitat, etiamsi alioquin sit persona forensis & ecclesiastica, tamen domino, in cujus territorio habitat, obedientiam jurat, potissimum, si bona ibidem possidet. Maul. *de homag. Tit. I. n. 7.* Gylmann. *Lib. I. decis. cam. 46. n. 159.* ubi scribit: *Die Prälaten in Bayern præstiren Erbhuldigung / wegen ihrer im Landt liegenden Güter.* Ritter. *de homag. cap. 5. n. 109.* Contradicere huic assertioni quidem videtur Innocentius III. *Papa inc. nimis. 30. X. de jurejur. & in cap. solita. 16. X. de majorit. & obedient.* sed hæc capitula duntaxat loquuntur de clericis, non habentibus temporalia a dominis secularibus, hi duntaxat ex hypothesi Hierarchiæ ecclesiasticæ homagium præstare prohibentur. Maul. *cit. tract. Tit. I. n. 7. & 16.* Vasalli autem extra curtem, sive extra territorium domini



feudi habitantes, so aufferhalb Landes sich befinden / pos-  
sunt nexu vasallitico eidem obstricti esse, licet domino  
ipsi nullam subjectionem debeant, atque jurent, nisi præ-  
ter vasallagium, etiam fidelitas subjectionis & obedientiæ,  
ab ejusmodi vasallis, secundum mores regionis, jure exigi  
soleat. Titius in *T. L. R. cap. XIV. §. 54. & 55.* Horn. *jurisp.*  
*feud. Longob. Teut. cap. XIII. §. 6.* Nam sola vasallitica quali-  
tas subditum non efficit, nec subjectionem inducit. Pau-  
ermeister. *de jurisd. cap. VIII. n. 42.* Ditherr. *in contin. The-*  
*saur. pract.* Befold. *voce: Lehn-Pflicht.*

## VIII.

Patet hinc, præmissas jamtum differentias inter vasal-  
liticam & subjectionis atque obedientiæ fidem, quoad ob-  
jectum & effectum potissimum, eo collimare, ut (1)  
vasallitica fidelitas respiciat duntaxat causas feudales, & of-  
ficium vasalli, ac operetur quoad causam seu contro-  
versiam feudalem, quæ inter duas pluresque personas,  
qualitate feudali præditas, de re vel facto feudali coram  
judice feudali agitur, & relationem suam ubique habet  
inter rem & personas feudales, nempe dominum & va-  
sallum ipsum, deinde inter vasallos, quieundem dominum  
in eadem curia recognoscunt. Schrader. *de feud. P. X. sect. 2.*  
Rosenthal. *de feud. cap. XII. concl. 4. n. 24.* DN.L.B. de Lyncker.  
ad Struv. *Syntag. P. F. c. XVI. aph. 4.* At fides subjectionis &  
obedientiæ, pro objecto habet subjectionem & reveren-  
tiam, a subditis præstandam, obsequium, operas, Frohndien-  
ste/auxilium, Folge und Reich/ nonnunquam æs alienum ad  
utilitatem subditorum contractum, alimenta & redem-  
tionis pretia exsolvenda, collectas, Steuer / Hülffe / An-  
lag/ Schatzung/ vestigalia, Zoll / Fahrzinnß / Fuhrgeldt /  
Brückengeldt / Weggeldt / accis, zehenden Pfennig / Ab-  
zug oder Nachsteuer / jus protectionis, & advocariæ,  
Schutz



Schutz und Schirm Berechtigte / constitutionem & confirmationem magistratuum, defensionem administratorum civitatis aut communionis. Maul. *de homag. tit. 1. usque ad tit. fin.* (2) Omnes in territorio habitantes cives atque incolæ, ejusmodi subjectionis & obedientiæ homagialem fidem, semper juramento (quod Schilter. *in comm. ad rubricam juris feud. Alem. §. 6.* Leodium sacramentum cum Bignonio, sive Leodesamium dicit) corporali præstare tenentur, nec promissio simplici verbo, vel stipulata manu facta, sufficit, Schrader. *consil. 23. n. 149. & 150.* Maul. *de homag. Tit. 1. n. 20. & 21.* Ritter. *de homag. c. VI. n. 116. & seq.* Quod tamen, aliter se habet in vasallagio, etiam sine juramento præstando, subsistente, utpote quod in feudo injurata occurrit. 2. F. 3. *verb. fin. nulla autem investitura.* ibique Bitsch. (3) In casu renovandi homagii mutata persona domini, non tenentur subditi adire dominum, & præstationem homagii offerre, sed expectant exactorem ejusdem a domino suo, & satis est, si id non recusant, quando dominus istud exigit. Knichen. *de jure territor. cap. III. n. 245.* Ritter. *de homag. c. VI. n. 115.* Maul. *de homag. Tit. 1. n. 22.* quod secus est in vasallo, vasallagium renovante, mutata domini, vel etiam vasalli persona, tunc enim intra annum & diem a facta mutatione, ipse vasallus petere tenetur renovationem vasallagii. 2. F. 24. *in pr. & 1. F. 22. jus Feud. Alem. c. XLIII.* ibique Schilt. §. 6. ibi: nach des Vaters Tode u. lter. *de feud. Imp. c. IX. §. 3. & c. IX. §. 3.*

## IX.

Pariter (4) homagium duntaxat se intra fines territorii continet, nec ultra eosdem ulla jurisdictio, ullave subiectio permittitur. L. f. D. *de jurisd. Vietor. de caus. exempt. Imp. concl. 22.* sed vasallagium exercitium suum & vim extra regni, territorii, & provinciæ fines ac limites exserere valet,



valet, Knichen, *de jure territ. c. 1V. n. 53. & de investitur. pact. P. II. c. V. n. 111.* Contius *de feud. divis. c. 3.* Rosenthal. *de feud. cap. VI. concl. 85. lit. m.* Porro (5) ille, qui Majestate pollet, potest vasallus alterius esse, & vasallagio alteri obstringi; sed homagio devinctus, subditus esse alterius non potest. Hotomannus *Illustr. quest. 35.* Vult. *de feud. Lib. I. cap. IV. n. 9.* Zasius *de feud. P. V. n. 73.* Rosenthal. *de feud. cap. III. concl. 5. lit. c.* ut etiam hoc respectu vasallus & subditus toto genere sint distincti, id quod oppositum consequentis, cum veritate antecedentis satis luculenter commonstrat. *L. non hoc. 4. Cod. Vnde legitim.* Everhard. *in Topica Legal. loco: a separatis.* Nec minus vasallus (6) solummodo feudi respectu, suum dominum recognoscit, subditus subjectionis & suæ personæ causa, commune provinciæ onus sustinet ita, ut ille tantum servitiorum, onere militari, vel alia præstatione feudali ligetur, soliusq; rei causa obstringatur, quoad hunc autem ubique secus res est, adeo ut etiam capite teneatur domino territorii, homagio obstrictus posterior. Matth. Stephan. *de jurisd. L. II. P. I. c. VII. n. 182. & 337.* Heig. *L. I. quest. 18. n. 5. 12. & seqq.* Vnde homagio affecti homines, ad collectas & tributa, vasalli autem quales, non tenentur. Julius Clarus. *§. feudum. q. 29. n. 2.* Knich. *de pact. invest. Lib. II. P. II. c. 5. n. 26.* Myns. *conf. 1. decad. 15. n. 26.* ne duplici onere graventur, nam oneris satis habent vasalli, qui periclitanti domino suo succurrere, & equis & armis, pro eodem pugnare tenentur. Zacharias Viet. *de caus. exemt. Imp. concl. 22. n. 1.* Subditus (7) vi homagii eversione Status crimen majestatis læsæ committit, sed non vasallus vi vasallagii. *Clement. pastor. alis. 2. X. desent. & re judicat.* quippe qui duntaxat feloniam perpetrat. Rosenthal. *de feud. c. V. concl. 69. Lit. 9.* Clarus. *§. læsæ majestatis. n. 6.* Subditus (8) homagium in verba domini ipse jurare tenetur, nec ali-

um



um muneris vicarium substituere potest; vasallus autem per procuratorem fidem suam feudalem præstare valet. Bidenbach. *nobil. quaest.* 2. n. 14. *Surdus decis.* 159. Vietor. *de caus. exempt. Imp. concl.* 22. n. 4. Similiter denique (9) homagium, subditum istud præstantem, Domini jurisdictioni plenissime ita subjicit, ut ejus jurisdictionem in præjudicium illius prorogare non possit. *Gail. Lib. I. Obs.* 40. *Petra de jure quaest. c. XI. n. 8.* ast vasallagium domino feudi, jurisdictionem tribuit, feudaliū litium septis inclusam, quæ egredi non licet, cum ipse dominus feudi duntaxat habeat cognitionem in rebus, quæ ad constitutionem, conservationem, ac privationem feudi spectant, quam ob rem ante omnia, de hac causæ qualitate constare debet: nam ista qualitate, fundante jurisdictionem feudalem, non apparente, ille non potest jurisdictionem ullam exercere in vasallum. *Marta de jurisd. P. IV. cas.* 145. n. 8. *Meichsner. T. II. Lib. II. decis. cam. I.* hinc oppido cessat ejusdem cognitio, quoad actiones personales, ex contractibus aut delictis, aliisque extraordinariis causis, descendentes. *Paurmeist. de jurisd. L. II. c. 8. n. 47.* Vietor. *de causis exempt. Imp. concl.* 22. n. 5. Ex hisce tam late adductis diversitatis argumentis, jam dispalescit satis, vasallum ratione feudi, & idcirco præstiti vasallagii, subditum non esse, nec feudi concessionem subditum facere, cum feuda, imperium & jurisdictionem supremam, in capita accipientium, domino conciliare possint vel minime. *Instr. Pac. art. V. vers.* 14. §. 41. *ibi: a sola qualitate feudali.* *Paurmeist. de jurisd. L. II. cap. VIII. n. 82.* *Stephan. de jurisd. Lib. II. P. I. cap. VII. n. 224.* *Rosensthal. de feud. cap. V. concl.* 78. n. 5. *Marta. de jurisd. P. IV. c. 133. n. 13.* nam longis inter se parafangis distant juramentum subjectionis & feudale, multo enim fortius illud ligat, quam hoc. *Caspar. Ziegler. ad aur. Prax. Calvoli §.*

C

Land-



*Landassii. concl. l. n. 15. Knichen. de jure territor. c. 111. n. 163. & licet nonnunquam secundum eundem Zieglerum d. l. n. 65. usu loquendi a nonnullis recepto, vasallus dicatur sui domini subditus. Cravetta Consil. 20. n. 17. Rosenthal. de feud. cap. V. concl. 78. id tamen non vere, & pleno cum effectu, sed abusive intelligendum est. Mynsing. consil. 7. decad. 8. n. 11. Diherr. in Contin. Thesaur. Besold. voce: Lehenpflicht. hæc enim catachresis ratione cognitionis feudalis, servitorum & fidelitatis irrepsit, & non tatione subjectionis. Paurmeist. de jurisd. L. II. c. VIII. n. 40. nec novum est, ut aliquis appelletur dominus, qui tamen Dominus territorii non est, sed certo saltem aliquo respectu. Ziegler. cit. l. n. 70. & seqq. & Diherr. loc. cit. voce: Lehenmann / Lehenpflicht. Victor. de causis exempt. Imp. concl. 22. in fin.*

## CAP. II.

*Speciatim Juramenta quadam, publice prestari solita examinans, & num ea ad vasallagium vel homagium spectent, una cum eorundem effectibus in genere exponens.*

### SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| <p>I. Quale fuerit juramentum, olim Pontifici in coronatione Imperatoris prestari solitum; nec non quo spectent illa juramenta Cesaris, in electione &amp; coronatione hodierna ejusdem consueta, tradit.</p> | <p>III. Sacratissimum nostrum Cesarum, recognoscere Regnum Neapolitanum &amp; Sicilia a Pontifice ut feudum, salva sua Majestate, multifariis ex Hotomanno exemplis illustrat.</p> |
| <p>II. Indicat Imperatorem, salva sua Majestate, posse aliis nexu feudali alio respectu, obstrictum esse.</p>   | <p>IIII. Alios Reges &amp; Principes, ab aliis tam Principibus, quam Regibus, salva sua majestate &amp; superiorio</p>   |



rioritate, feuda recognoscere tradit, simulque id Regis Danie, aliorumque Principum investitione declarat.

V. Adstruit Nobiles immediatos, imperii Jurisdictioni subiectos manere, licet feuda ab aliis Principibus teneant; & una eorundem immediatatem tam in genere, quam in specie evincit.

VI. Peculiariter ostendit, eosdem immediatatem suam retinere, etiam si sua bona aliis in feudum offerant, & recognita a Principibus & Statibus Imperii sua feuda inhabitent; adeo, ut rescripta manutentione contra attentata, eisdem haud denegentur, idque potissimum in territoriis non clausis, specificè memoratarum provinciarum; nam in clausis territoriis secus est.

VII. Nobiles mediatos aequè, ac ignobiles mediatos, ab aliis extra territorium feuda recognoscentes, plane hinc subditos non constitui docet.

VIII. Ostendit, quod aliter sentendum sit de vasallagio mixto, ratione cuius triplex mixtura proponitur.

IX. Declarat porro quid statuendum sit, de Principum & Statuum imperii, qui vasalli sunt, iure jurando Imperatori præstari solito, & ejusdem formulam, tam fidelitatis, quam subjectionis in-

dicia arguere ostendit; insimulque rationes in contrarium adduci solitas recenset.

X. Latius exponit obedientiam & subjectionem, a vasallis Statibus imperii Imperatori & Imperio præstari usitatam.

XI. Exteros quoque Reges & Principes, cum primis Principes & vasallos Italiae, eidem nexui fidelitatis & homagii mixto subiectos asserit.

XII. Dubium, quod vasallagio mixto Principum & Statuum Imperii cum primis olmoverti potest, resolvit.

XIII. Docet assertionem nostram, vasallagium non operari subjectionem, limitari in vasallis Landsassicis, cum primis in locis, ubi plenarius Landsassiatu viget, & persona speciatim homagiali nexui, ratione prædii feudalis Landsassiaci, est adstricta.

XIV. Porro limitatio ostenditur in aliis subditis, feuda vulgaria, vel a domino suo superiori immediato, vel mediato, recognoscentibus.

XV. Recapitulatio brevis effectuum simplicis & mixti vasallagii subijcitur.

XVI. Adduntur hinc quaestiones, de stervis & collectis, ab incolis aedificia in feudo conducta tenentibus, & vasallis ipsis exigendis ab eo, cuius nexui homagiali sunt addicti.



## I.

**E**X adductis supra differentiis vasallagii & homagii, statim colligere licet, quid sentiendum sit de isto jurejurando, quod Imperator olim Pontifici, in sua coronatione præstare solebat, & de istis juramentis, quibus ille hodie secundum Leges Imperii Germanici, Electoribus & Imperio obstringitur. Licet enim Papa, Clemens V. in Concilio, quod Viennæ in Gallia habuit, declaraverit, jusjurandum ab Imperatore in sua coronatione Papæ præstari solitum, cujus formula habetur *in can. tibi domino. 33. dist. 63.* omnino jusjurandum fidelitatis complecti. *Clement. unic. de jurejurand.* tamen hoc non est verum juramentum fidelitatis. Neque enim Otto M. filius Henrici (cui Leo VIII. facultatem ordinandi Pontificem postea concessit, ac omnia temporalia, quæ per Reges & Imperatores Ecclesiæ Romanæ, in damnum Imperii simul & ipsius collata sunt, restituit. Goldast. *in Constit. Imperial. p. 221. & seqq.*) Imperium tanquam beneficium, seu feudum aliquod a Papa Johanne XII. recognovit, ut ideo fidelitatis juramentum præstiterit, cum potius Papa Imperatori tunc temporis jurare debuerit, sed saltem tanquam Dominus Imperii summus, fidelem protectionem & defensionem Papæ, contra Berengarium, qui eo tempore in Italia pro Imperatore se gerens, Pontificem opprimebat. Cujac. *ad tit. 7. Lib. II. feud. Reinking. de R.S. & E lib. I. class. II. c. IV. n. 3.* Carpz. *ad L. Reg. c. II. n. 16. & 20. Pffeffing. in not. ad Vitruv. Lib. I. tit. 8. n. 2. lit. q. & r.* Hæc omnia ita se habere, patet ex Goldasto. *d. l. p. 217.* quod nempe Imperium Romanum, a Papa tanquam feudum nunquam pependerit, nec Imperator Papæ, respectu Imperii, unquam vasallagii nexu & fidelitatis vinculo fuerit obstrictus. Eyben. *in Disquis. de titulo nobili p.*



130. *Itter. de feud. Imp. c. VI. §. 3. in fin.* Reinking. & Carpz. *cit. loc.* utur jurata promissio advocatiæ armatæ, & protectionis Religionis Christianæ in Capitulatione Cæsarea adhuc usitata sit. *Capitul. Leopoldi, Josephii & Caroli VI. art. 1.* Stryk. *Exam jur. feud. cap. IV. quest. 41.* hinc & Defensor universalis fidei in *R. Imp. de a. 1512. §. uud nach dem 4.* Imperator appellatur. Nec aliter judicandum est de istis juramentis, quæ Imperator in Electione & Coronatione, Electoribus & Imperio præstare solet. Siquidem, nec hæc juramenta sunt fidelitatis, sed protectionis, pro confirmatione jurium & privilegiorum Statuum introducta. *Capitulat. Leopoldi §. 3.* Schweder. *de jure publ. P. spec. sect. 1. cap. II. §. 23. & 35.* Pfeffinger. *in not. ad Virriar. Lib. I. Tit. 8. n. 2. lit. q.* *Itter. de feud. Imp. c. V. §. 1.* ubi recte contra notas ad *Ottonis jus publ. cap. IX. p. 209.* adstruit, Imperatorem qua talem, Imperii Vasallis neuiquam accensendum esse, cum certum ubique & manifestissimum sit, illum dignitatem suam, atque potestatem Imperatoriam, a nemine sub hac lege fidelitatis unquam recognovisse aut exercuisse.

## II.

Istud tamen non est diffidendum, posse Imperatorem alio intuitu & respectu, & quidem non qua Imperatorem, sed qua Regem Bohemiæ, nec non qua Regem Neapolitanum & Siciliae, & qua Archi-Ducem Austriae, feudali ac beneficiario nexu, Imperio & aliis devinci, cum plane nihil obster, quo minus ejusmodi Princeps summus, diversis respectibus, diversoque jure censeatur, & quasi duplicem personam sustineat. Pufendorf. *de jur. Natur. & Gent. L. 1. c. I. §. 12. & seqq.* Gail. *L. 1. obs. 30. n. 6.* Reinking. *de R. S. & E. L. I. class. 4. c. V. n. 3.* Limn. *ad capit. Caroli*

C 3

V. art.



V. art. 7. p. 158. & ad Capital Ferdinandi II. art. 31. Vult. de feud. L. I. c. IV. n. 10. Hinc gloriosissimus noster Imperator, cujus vitam Divinum Numen in feros & longævus usque annos, quam diutissime prosperet atque conservet! Regnum Bohemiæ & Archi-Ducatum Austriæ, ab Imperio sub lege vasallagii possidet; quanquam hæc fidelitas, sub hac pactione & privilegio sit restricta, ne investitura Regni Bohemiæ, ultra XV. milliaria extra Regnum, & Domus Austriacæ feudalis renovatio, non extra Austriam, ab ullo possessore vasallo debeat peti. Limn. Lib. III. de jur. publ. cap. VIII. n. 26. & Lib. IV. c. VII. n. 21. & 22. Schweder. de jur. publ. P. spec. sect. I. c. IX. §. 6. & Sect. II. c. V. §. 4. Iter. de feud. Imp. cap. V. §. 2. qui nexus feudalis, ratione Bohemici Regni, eo minus dubii quicquam habet, cum etiam Bohemiæ Regem ipsum, in vim peculiaris cujusdam juris, aliquando petiisse, ex literis ad Fridericum Imperatorem A. 1487. missis, apud Limn. T. I. addit. L. III. cap. VII. p. 483. ex Goldasto Lib. III. de Regno Bohemiæ adductis adferat Iterus de feud. Imp. cap. IX. §. 22. daß sübroan kein König in Böhmen / nicht mehr schuldig seyn solle / seine Regalia und Lehen von einem Römischen Kayser oder Könige persöhnlich zu empfangen / noch Pflicht darun zu thun / anderst / als durch seine Botschafft oder Gewalt. Ut porro multo tempore Rex Bohemiæ, nulla onera Imperii sufferre consueverit, tamen Gloriosissimæ memoriæ Josephus A. 1708. die 7. Sept. intuitu Regni & feudi Electoralis Bohemici, non modo ceu Membrum Comitiorum Imperii, in Collegium Electorale cooptatus, ac pro suscipiendo voto collegiali in Comitii ordinario, introductus, sed & pro sublevandis in futurum oneribus Imperii, matriculæ Imperiali adscriptus fuit. Pfeffinger. in not. ad Vitriar. jus publ. Lib. I. Tit. XIV. §. 18. lit. a. in fin. ut exinde negari non



non possit, ipsum Imperatorem, non quidem qua talem, sed qua Regem & Electorem Bohemiæ, nec minus alias etiam qua Archiducem Austriæ, Membrum Imperii immediatum atque beneficiarium tale existere, quod Imperio Imperatoris, & toti Corpori subest, eique singularem splendorem & confortationem præbet. Pfeffing. *in not ad Vitriar. jus publ. Lib. I. Tit. XIX. n. 1. lit. a.* Nec enim respectu Imperatoris, contradictionem in adjecto involvit, summum Imperii Principem esse, & decernendi ac statuendi potestate in Comitibus, ceu Caput gaudere, & simul diverso respectu esse Imperii Membrum, & Civem Imperio incorporatum, feudali nexu devinctum atque addictum: siquidem non est contradictio Imperantem esse in toto imperio, & Imperii membrum esse diverso respectu. Vitriarius *jur. Publ. Lib. I. Tit. XIX. §. 3. ibique Pfeffinger. in notis Kulpius ad Monzamb. P. II. c. VI. §. 7. & 8. & §. 4. & 5. p. m. 207.*

## III.

Nec minus ratione Regni Neapolitani & Siciliae Regni, Augustissimus noster Imperator, ceu possessor horum, feudalem nexum a summo Pontifice recognoscit. Schweder. *introd. jur. publ. part. spec. cap. IV. n. 43. DN. ab Imhof. in Historischen Bilder-Saal. part. 6. tract. 2. cap. VIII. pag. m. 304. & 306.* Majestati enim nostri Cæsaris, plane nihil detrahit istud vasallagium Neapolitani Regni & Siciliae, cum hoc ubique sit merum & simplex, quod nullam subjectionem operatur, sed duntaxat fidelitatem involvit, quam, salva sua Majestate, Rex vasallus pollicetur præstandam. Quamvis ita Regna ista recognoscat a summo Pontifice, huic nexu feudali addicta, ejusdem dominium directum tamen Vasallo non imponit subjectionem personæ, sed solam obligationem intuitu feudi suscipiendam, ratione ju-



ne juris rerum, quod contractu feudali nititur, unde status seu libertas personæ constringitur quam minime, nec Majestati ejusdem ullibi adversatur. Dn. Lib. Baro de Lyncker. *Resp.* 193. n. 32. siquidem jurisdictio feudalis duntaxat afficit rem feudalem. *Clem. pastoralis.* 2. versic. *denique. de sent. & rejudic.* Rosenthal. *de feud. cap. II. concl.* 14. Vietor. *de exempt. conclus.* 22. in personam atque conditionem vasalli dominus feudi nihil quicquam statuere potest, & in admittis etiam, quæ feloniam inferre jure feudali dicuntur, non gravius in eundem, nisi sola privatione rei feudalis, procedit, id omne in eo se fundat, quod vasallagium non faciat subditum. Rosenthal. *de feud. lib. I. cap. V. n. 5. lit. b.* Marta *vol. 2. consil.* 444. n. 9. qualitas enim & conditio prædii, propter mutatam possessoris conditionem, non immutatur. *L. 4. §. is vero. ff. 4. de cens. L. imperatores. 7. ff. de publican.* nec feudale hominum, quemadmodum Hotomannus id nominat *Disp. feud.* 22. Imperatorem, vel Regem, aut alium Principem, alteri Regi, vel Principi ac pari, vel inferiori, nullo modo subijcit, ceu hocce illustrat Hotomannus *quest. Illustr.* 35. *per tot.* exemplo nempe Friderici, cum Ducatu investiti, & postea Imperatoris creati, nec non Regis Britanniæ & Angliæ, Galliarum Regi propter Comitatum Monfortianum & alias possessiones, fidelitatem olim jurantis, & Regis Navarræ, pariter Galliarum Regi olim, ad vasallagium possessionum quarundam nomine, quas in Galliæ finibus habebat, obstricti; hinc Imperatorem, aliumve Regem ab aliis feudum, salva sua Majestate, recognoscere posse, evincunt Zasius *de feud. part. 5. n. 73. & part. 7. n. 19. Vultej. de feud. Lib. I. cap. IV. n. 10.* Rosenthal. *de feud. cap. III. concl. 5. n. 2. in Glossa lit. c.* & Vietor. *de causis exempt. imper. concl.* 22. ubi hic id latius deducit, & effectibus demonstrat, merum vasallagium,



um, nec subjectionem inducere, nec ratione feudi subditi-  
tum efficere, sed domino feudi tribuere solummodo re-  
verentiam & fidelitatem, ratione rei feudalis; proinde di-  
spalefcit, quod Imperatoris, licet ut Rex Neapolitanus  
atque Siciliae, feudali nexu Pontifici teneri dicatur, plenae  
Majestati Regiae & potestati in ista regna, quae feudali  
nexu illum recognoscere ajunt, plane nihil detrahi. Dn.  
Lib. Baro de Lyncker *Respons.* 193. n. 32.

## IV.

Eodem modo sese res habet cum aliis feudis, quae alii  
Reges, aliique Principes, beneficiario et feudali nexu, a Re-  
gibus & Principibus Imperii, jure feudi recognoscunt,  
quod nempe nec hi, ob vassallagium suis Dominis debitum,  
ceu subditi eisdem subjiciantur, vel obedientiae nexu affici-  
antur, sed ubique duntaxat qualitatem meri vassallagii praese-  
habent atque induant; quemadmodum id omne usu obti-  
net, & verificatur intuitu Serenissimi Regis Bohemiae, a  
quo varii Principes & Status feuda tenent, nec eidem ut  
domino feudi, ulla subjectione, sed mera solummodo fi-  
delitate obstringuntur. Dn. Lib. Baro de Lyncker. *Resp.* 193.  
n. 66. pariter Serenissimi Duces Brunsvicenses ac Lune-  
burgenses, cum Civitate & universa Provincia Budjadiaca  
Regem Daniae & Duces Holsatiae investientes, secundum  
tenorem literarum investiturarum, quas Stryk. *in Append.*  
*Exam. juris feud.* n. 18. & Titius *in Teutschen Leben-Recht.*  
*in Append.* n. 4. adducunt, sibi fidelitatem modo stipulantur,  
nec hinc vassalli eorundem Serenissimi, eisdem ulla qua-  
dam subjectione afficiuntur. Nec minus olim Serenis-  
simi Duces Wuertenbergici, Ducatum suum a Serenissimis  
Archi-Ducibus Austriae, salvo jure suo Superioritatis,  
& jure Status, ceu subfeudum Imperii, per quoddam

D

tem-



temporis intervallum, recognoverunt, secundum transactionem Cadavicam apud Hortleder. *Lib. III. von Ursachen des Teutschen Kriegs. cap. XIII. & Sleidan. Lib. XX. ad A. 1534. & Europæischen Herold. Tom. II. p. 482.* at sine omni subjectione, atque salvo jure superioritatis, & absque juris Satus Imperii imminutione, isthæc recognitio sese habuit; a quo tamen nexu feudali Austriaco iterum soluti, & immediato nexu feudali, Imperio devinci rursus postea cœperunt. A. 1539. Mylerus ad Rumelinum in *Aurcam Bullam Part. II. disc. 5. v. 5. p. 843. & Limn. Tom. III. addit. Lib. V. jur. publ. cap. XVI. §. 7. p. 440. & 441. Pffeffinger. in not. ad Vit. de jure publ. Lib. I. Tit. V. p. m. 752. & tit. XVI. §. 10. lit. l. p. 45.* Similiter a Domo Serenissima Hassiaca, Princeps & Comites de Waldeck, Comites de Bentheim, Rietberg, Nassau Wisbaden, & Ittstein, salvo suo superioritatis & Status jure, sine omni subjectionis vinculo, Principatus & Comitatus suos feudali nexu recognoscunt. *Europæischer Herold. Part. I. p. 677. Pffeffinger. in not. ad Vit. de jur. publ. Lib. I. tit. XVI. p. m. 541.* Porro Comitatus Sainenensis ejusmodi nexu beneficiario recognoscitur, sine omni subjectione a Serenissimo Electore Palatino. *Lunig. Part. Spec. des Reichs-Archivs Continuat. 2. sechster Abtheilung. 27. Absatz. §. 252. & 253. & pag. 398.* item Comites de Falckenstein, accipiunt Comitatum suum in subfeudum a Ducibus Lotharingæ, ceu ex Actis Comit. Ratisbonensium refert Auctor *meditat. ad Instr. Pac. Cas. Suevicum. Martissa ad specimen II. tract. de Statu Imperii §. 11.* eodem modo Principatus Imperii Mindelheimensis, feudum Austriacum esse perhibetur. *Pffeffing. ad Vit. jus publ. Lib. I. tit. XVI. p. 541.* nec minus alii Principes & Status, aliis feudali nexu ligantur, salvo tamen jure suo Status & immedietatis, respectu Imperii, siquidem potestati territoriali & ju-



& juri Statuum, per nexum feudalem nihil decedit, sed habendi tantum modus afficitur. Hertius *de special. Rom. Germ. Imp. rebus publ. sect. II. §. 33.* Imo Serenissimi nonnulli Imperii Electores adeo, recognoscunt quædam bona feudali Lege ab Episcopo Bambergensi, salva tamen summa sua Dignitate, qua pollent in Imperio, & absque omnis subjectionis umbra. Pfeffing. *in not. ad Vitr. de jur. publ. sect. XIV. §. 15. lit. d. p. m. 1104. & 1105.*

## V.

Nobiles immediati, die unmitelbare Freye Reichs Ritterschafft / quales in Franconia, Suevia & Tractu Rheni existunt. *R. I. de A. 1542. §. demnach haben wir auch der Churfürsten ꝛ. Justus Sinolt. Schüz. de statu rei Romana Vol. I. Exercit. IX. §. 9. lit. a. & b. sicuti membra Imperio ac Imperatori immediate subiecta sunt; ita & hunc solum, atque Camera Imperii, pro Superiore recognoscunt, licet feuda ab aliis Principibus & Statibus Imperii teneant, & idcirco vasallagii nexu eisdem obstringantur, nec tamen quoad personam suam, Dominis suorum feudorum subjiuntur, sed ut cives immediati Imperii, ejusque membra permanent, uti constat, tam in genere ex *Recess. Imp. de A. 1542. §. dergleichen. 90. soll es mit denen von Adel / so dem Reiche ohne Mittel und keinen andern Herrn und Fürsten unterworffen. & R. I. de A. 1555. §. und in solchen / ibi: die Freye Ritterschafft / welche ohne Mittel der Kayserl. Majestät und uns unterworffen. nec non Ord. Cam. part. I. tit. V. ibi: Edelmann oder Knecht / dem Reich ohne Mittel unterworffen ꝛ. quam in specie, (1) quoad Nobiles Franconicos immediatos, ex textu in Kayserlicher Confirmation und declaration dem gefreyeten Franckischen Ritterschafft / & ex Rescripto contra die Landsässerey zu Prag. de 2. Maji A. 1609. item ex Rudolphi II.**

D 2

Imp.



Imp. privilegio illis renovato, wegen der Juden und ihrer wucherlichen Contracten. ibi: daß wir als ihr ohnmittelbahres Oberhaupt. *Limn. de jure publ. Lib. VI. c. III. p. 107. & 130.* (2) Quoad eos, qui sunt in Suevia, ex Confirmatione der Ordnung der Freyen Ritterschafft / und Adels in Lande Schwaben / von Kayser Ferdinando, A. 1561. gegeben / ubi sequentia habentur verba: Daß die Reichs Rittersliche Adels Persohnen / allein und ohne alles Mittel / ihrer Majestät unterworffen und versprüchig; auch sonst aller hoher und niederer Reichs-Stände und Freysen obliegen / Bürde / Lastes / Beschwörden / Auflagen / Gebieth / Schätzung / Ordnung / Abschied / jurisdiction und Dienstbarkeit / keine ausgenommen / gänzlich exempt und befreyet / denselben nichts anders / dann so viel ihrer etlicher von sondern bekandter Lebensstücke freywillig angenommener Diensten / und eines theils conditionirter Gerichtsbarkeit wegen verpfficht / und welche eine solche offsenbahre gewisse und wohl veruhrkundte Maas habe / daß die berührten Adelichen Exemptionen / Freyheiten / Herrlichkeiten / und rechten nichts entziehen indgen. *Ming. de superiorit. territ. Concl. 47. cap. III. Besold. de Ord. equest. discurs. 10. & denique* (3) quoad Nobiles Rhenanos ex privilegio Rudolphi II. de dato IX. Julii A. 1605. Districtus der befreyten Reichs-Ritterschafft am Rheinstrom / und in der Wetterau / ibi: von keinen Churfürsten oder Standt des Reichs / weder mit personal oder real Arresten / in keinerley Weiße nicht angefochten / noch auch sonst an ihren habenden und hergebrachten jurisdictionen / Gerichten und Erkantnissen beeinträchtigt werden. *Just. Sinolt. Schütz. de statu rei Rom. Vol. I. Exer. IX. th. 9. lit. c.* Conferatur hanc immedietatem Nobilitatis Imperii, fusius deducens hoc A. 1721. demum publice emissum & impressum scriptum: sub



sub Rubrica: *Nobilis Territorio non subiectus*, eingegen gestellt einem neuerlichen *Impresso* benennet: *Nobilis territorio subiectus*; die vermeintlich in zweifel gezogene Reichs *Immediat* des Ritter-Guts Weydenberg betreffend.

VI.

Nec enim horum Nobilium Imperii immedietati obest. mediatorum feudorum recognitio, etiamsi illa feuda ipsi inhabitent. Victor. *de Exempt. Concl.* 28. nam jus immedietatis potissimum aestimatur ex persona, ejusque subjectione, qua Cæsari & Imperio immediate obsequium præstat, quamvis mediatum feudum ab aliis teneatur. Pfeffinger. *in not. ad Vit. Lib. I. tit. 16. p. m. 542.* ubi adducit exemplum derer Herren Baronum und Freyherren von Dingen/ welche ihre Güter Ihro Königl. Majestät in Preussen zu Lehen offeriret / aber deswegen nicht aufgehöret haben / Glieder der unmittelbahren Reichs-Ritterschafft zu seyn / dergleichen noch andere gar viel von der unmittelbahren Reichs Ritterschafft / ihre meiste Güter / von dem benachbarten Fürsten / zu Lehen nehmen / und deßhalben so wohl mit ihren Personnen / als Gütern / dem Reich unmittelbahr unterworfen seyn und bleiben / Autor. deß gründlichen Beweises des Fürstl. und Gräffl. Hauses Schwarzburgs unmittelbahrer Reichsstandschafft / *de A. 1710. cap. III. §. 59. pag. m. 23. & apud Fabr. Tom. XVII. der Staats-Canzeley cap. III. §. 59. p. m. 470.* Scharschmid. *in notis ad Sinolt. Schüzium de jur. publ. vol. I. Exerc. VI. th. 10. lit. a.* Hinc immediatis ejusmodi nobilibus nihil derogat vasallagium mediatum. Gylmann. *Symphor. Tom. I. Vol. I. §. 4.* nam juramentum fidelitatis, nullam inducit subjectionem in eum, qui istud præstat. Befold. *de Ord. equestr. §. 6.* Vnde etiam accidit, cum Principes in immediatos Nobiles



les, sæpius sub prætextu der Landes Fürstl. Obrigkeit. actus jurisdictionis, sive superioritatis territorialis exercere fuerint moliti, ut ipsi idcirco provocantes ob ejusmodi attentata, ad Imperatorem vel Cameram de immedietate sua manutenda, pro hac libertate conservanda Cæsarea rescripta obtinuerint, id cum primis testante Ferdinandi I. rescripto de A. 1559. contra die Landsässerey. in verbis: wollen / daß alle und jede / unsere Churfürsten / Fürsten und Stände des Heil. Röm. Reichs / bemeldte Ritterschafft in Francken ꝛ. mit einiger Nothmässigkeit / Erbhuldigung / Erbforderung und Bezwungung auf die Land-Täge / Reichung der Reichs-Lande zu Lehen / und denen Franck. Steuern / Schatzungen / Straffen / und dergl. Auflagen und Dienstbarkeiten / wieder ihre Exemption, Adelichen Freyheiten / keineswegs beschwehren ꝛ. Hucusque memorata omnia quidem indubia & certa sunt quoad territoria non clausa, nempe in Franconia, Suevia atque Rhenano tractu & Wetteravia, nec non Alsatia, utpote quæ Provinciæ, nece Conradini, ultimi Sueviæ Ducis, cum toto Equestri ordine, accreverunt Imperio, & ad immedietatem sub Imperatore pervenerunt. Vitriar. *de jur. publ. Lib. I. tit. 22. §. 2. & 3.* sed secus se res habet circa Nobiles in Saxonia, Bavaria, Hassia & Marchia Brandenburgica, Palatinatu superiori, Pomerania ut & Ducatu Megapolensi, quas Provinciæ & Ducatus, eorundem Duces atque Principes, cum pleno territorio, ab Imperatoribus quondam, in feudum acceperunt, sine reservatione Imperatoriæ potestatis in Nobiles. Pfeffinger. *in notis ad Vitriar. cit. loc. lit. a. & b. Speidel. voce: Reichs-Ritterschafft. p. 328. & 329. Vitriar. Lib. I. de jur. publ. tit. 20. §. 9. & 13. ibique Pfeffinger. in notis. Schwed. in Intrad. ad jus publ. part. spec. sect. 2. cap. XVIII. §. 7. & 10. Hinc Instrum. Pac. Weltph. Art. 5. §. 28.*



§. 28. superius nostrum assertum limitat sequentibus contextus verbis: *nisi forte in quibusdam locis ratione bonorum, & respectu territorii, vel Domicilii, aliis Statibus reperiantur subiecti.* Quibus verbis, sine dubio territoria modo adducta clausa indigitata putanda sunt, ex iudicio Schwed. *de jure publ. part. special. sect. 2. cap. XVIII. §. 10. nec non Pffeffinger. in not. ad Vitriar. de jur. publ. Lib. I. tit. 22. §. 2.*

## VII.

Pariter alii tam Nobiles mediati, quam ignobiles mediati, feuda ab aliis Principibus & Dominis Territorialibus recognoscences, subditi eorundem, vi sui vasallagii constituuntur vel minime, secundum tritum juris brocardicum istud, sæpius jamjam inculcatum: simplex feudum & vasallagium neminem subditum & subiectum efficere, sed Domicilium & habitationem duntaxat, cum subiectione homagiali conjunctum constituere talem. Vietor. *de Exempt. Imp. Concluf. 2. 2. & seqq.* id quod sine dubio obtinet quoad Provincias, ubi feuda ejusmodi recognoscuntur, non clausas, hinc expeditum est, quod dominium directum per se nullam tribuat superioritatem, nec faciat Vasallum subiectum, cum alia res sit, esse vasallum, alia esse subditum, hinc nec a vasallagio ad subiectionem; nec a dominio directo ad superioritatem inducendam, propitio jure argumentari licet. Dn Eyben. *in Elect. juris feudal. cap. II. §. 31. ibique allegati textus & Interpretes.* Quam ob rem jus reformandi, cum duntaxat Superioritati adhærat. Instr. *Pac. Westph. Art. V. §. quandum deinde. 30.* ceu notanter in hisce tabulis Pacis provisum extat. *Art. V. §. a sola qualitate. 43.* ejusmodi Domino feudi, intuitu vasallagii ipsi a vasallo præstiti non competit. Id quod etiam universon Imperium, in dem Reichs Gutachten / wegen der Metz, Tul. und Der



Verdunischen Mediat-Vasallen extra districtum, mit diesen  
 klaren Worten comprobat & testatur: Es seye eine gemeine  
 durchgehende observanz im Reiche: nudam fidelitatem  
 non tribuere jus supremum territoriale. Londorp. *L. X. Con-  
 sin. Aetor. publ. cap. CCVI. ad A. 1670.* und bestärcken dieses auch  
 viele judicata apud Gylmann. *T. III. Symphor. p. 170. 260. &  
 Lib. I. Dec. XLVI. n. 172.* Schwanem. *Dec. X. §. 195. & 211.*  
 Everad. Jun. *Vol. I. conf. 61.* Rosenthal. *de feud. cap. V. conclus.*  
*78. §. 4.* Gail. *de pignor. observ. XV. §. 3.* Wessenbec. *conf. 1. §.*  
*3.* Struv. *Syntag. Jur. Feud. c. XI. aphor. 2. §. 2.* Carpzov. *L. 4.*  
*Resp. 70. §. 24.* Tales vasalli meri, in Imperio hinc inde  
 plures inveniuntur, etiam in hocce territorio, Reipublicæ  
 Patriæ subjecto, imo adeo in oppido hoc, quod Musæ  
 nostræ accolunt, Altorffio, ubi tam Bohemici, quam etiam  
 Brandenburgici Onoldini vasalli reperiuntur; nec tamen  
 ejusmodi vasallagio obstricti vasalli, subditi Dominorum  
 feudaliū, sed subditi indubii homagiales Reipublicæ No-  
 ribergensis sunt & existunt, qui non Domino feudi, sed  
 Reipubl. Noricæ ad collectas, aliaque ad homagiale m  
 nexum spectantia onera, tenentur, ac Domino feudi, dunta-  
 xat ratione fidelitatis obligantur, & in causis feudali-  
 bus, ratione feudorum ejusdem cognitionem tantum agrosunt;  
 ceteroquin autem Domino jurisdictionis territorialis, ple-  
 nissimo jure subjiciuntur in omnibus aliis causis, tam de-  
 lictis, quam civilibus, ac ipsimet in verba Domini terri-  
 torialis jurant, nec per mandatarium, ut in vasallagio,  
 ad homagium admittuntur, ut & in dominum territorii  
 analogum crimen læsæ Majestatis committunt, aut in domi-  
 num feudi solummodo feloniam. Vietor. *de Exempt.*  
*Imp. concl. 22.* Vitriar. *de jur. publ. Lib. I. tit. 22.* Befold. *part.*  
*VI. conf. 299.* Ditherr. *in append. ad Befold. vossé: Landsass.*  
*p. m. 520.*

VIII. Hu-



## VIII.

Hucusque adducta quidem omnia, certa & indubia sunt, quoad merum & simplex atque absolutum vasallagium; verum enim vero, aliter censendum est de vasallagio mixto, homagium adjunctum habente. Hæc mixtura & conjunctio vasalliticæ fidelitatis & subjectionis, variis casibus nostro in Imperio Romano Germanico occurrit, vel intuitu Imperii & Imperatoris, vel respectu Provinciarum & territoriorum, Statuum & Nobilium Imperii immediatorum, vel ratione territoriorum sub alterorum, Municipiorum & Societatum civilium, in provinciis Statuum Imperii existentium. Quod attinet istam conjunctionem respectu Imperatoris & Imperii, occurrit ea (1) in Statibus & alijs immediatis Imperii membris, quando hi feuda ab Imperatore & Imperio recognoscunt, & id circo juramentum fidelitatis & subjectionis simul, atque sic non merum vasallagium jurant. Wahremund. ab Ehrenberg. *Lib. II. de fæder. c. I. n. 61. Schilt. ad jus feud. Alem. IV. §. 10. Itter. de feud. Imp. cap. IX. §. 43. (2)* Illa mixtura se effert ratione Principum & Statuum, atque Nobilium Imperii immediatorum, quando hi suis subditis, de suis provinciis, territoriis atque districtibus feuda concedunt, tunc in horum persona fidelitas subjectionis & vasallagii simul conspicitur, potissimum, si lege territorii, & provinciæ jure receptum, ut nulli prædium, nec jure feudi in territorio possidere liceat, nisi simul subjectionis & vasallagii fidem subeat. Schilt. *ad jus feud. Alem. cap. IV. §. 9. Horn. in Jurispr. feud. Longob. Teut. c. XIII. §. 8.* id quod maxime obtinet in territoriis clausis, ubi Landfassiatus viget, ut in Saxonia, Bavaria, Austria, & Palatinatu superiori, Marchia Braudenburgica, Pomerania. Vit. *de jur. Publ.*



*Publ. L. I. Tit. XXII. §. 2. & 3. ibique Pfeffinger. in not. (3) ratione territoriorum subalternorum, quando hi Domini subalterni, suis vasallis feuda in suo territorio clauso concedunt. Brückner. in Diss. de territor. sub inf feudato. cap. III. §. 3. & 4. DN. a Seckendorf. iii T. F. St. P. II. cap. IX. in addit. p. 74. Vietor. de Exemt. Imp. concl. 28. Horn. in jurisprud. feud. cap. VIII. §. 18.*

## IX.

Facile hinc patescit, quid statuendum sit de juramento, quod Principes & Status, alique vasalli Imperii, præstant ratione feudorum, quæ ab Imperatore & Imperio recognoscunt. Sane formula istius sacramenti sequentis, causam prolixiorem dabit judicium de eodem ingenue prodendi, quando perpenditur, quod illa ab eisdem in investitura, ejusque renouatione Imperialium feudorum, semper jurari debeat: Der Kayserl. Majestät und dem Reiche getreu/hold/gehorsam und gewärtig/auch nimmer wissendlich in dem Rath seyn solle noch wolle/da ichtes wieder E. Kayserl. Majestät Person/Ehre/Würde/und Stand gehandelt/oder vorgenommen würde/nach darrin willigen oder gehelffen/in einige Weg/sondern E. Kayserl. Majestät und des Reichs Ehr/Ruh und Frommen betrachten und befördern/nach allen Vermögen/und ob etwas fürgenommen oder gehandelt würde/wieder E. K. Maj. Person oder das heil. Reich/demselben getreulich vor seyn/und E. K. Maj. dessen unverzüglich warnen/und sonsten alles das thun wolle/das sich einen getreuen Fürsten (vel secundum recentioris styli formulam: das sich geborsamen Fürsten des Reichs und getreuen Lehennännern) gegen E. K. Maj. und dem heil. Reich gebüret/von Rechts und Gewohnheit wegen/ohne Arglist u. gefährde. Wahremund.

ab



ab Ehrenberg, *Lib. II. de Fæder. lib. II. cap. I. p. m. 18.* Schilter, *ad jus feud. Alem. cap. IV. §. 10.* Formulam jurisjurandi huic similem, ab Imperii Vasallis præstandam, & hodie cum primis usitatam habet Stryck. *in append. Exam. jur. feud. n. 14.* quam Serenissimi Duces Brunluicenses & Luneburgenses Imperatori Leopoldo, gloriosissimæ recordationis, præstiterunt; cui etiam convenit jusjurandum fidelitatis, quo Serenissimi Saxoniae Duces sese obstringunt, apud Stilerum. *in Secretar. Vol. II. p. m. 763.* nec minus & illud vasalliticum jusjurandum, Imperatori a quodam Imperii Principe dictum, concordat, quod adducit Limn. *Tom. II. addit. cap. VII. p. m. 430.* Pariter non abludit illa jurisjurandi species, cujus Reink. *Lib. I. de Reg. Sec. & Eccl. clus. II. cap. IV. n. 203.* meminit. Quamvis enim omnes hæc juramentorum species, non eodem plane stylo eodemque verborum concepto, uti recentiores formulæ, sint concinnatæ; tamen si obligationem vasalli respicias, eodem plane vinculo, hic et illic eum ligari, deprehendes, nisi quod hodie non modo Cæsari, qui impresentiarum Imperium moderatur, sed & ejusdem Successoribus atque Regibus Romanis, Imperii vasalli reverentiam, atque subjectionem polliceri soleant, quod in anterioribus formulis omissum extat; deinde etiam recentioribus hæc clausula adjici est solita: und sonst alles zu thun / was sich einen gehorsamen Fürsten des Reichs / und getreuen Lehenmann gebühret. quod in quibusdam pristinis non nihil alteratum invenies. Itter, *de feud. Img. cap. IX. §. 38. & 43.* Sunt nonnulli, qui non attentis & sufficienter perpensis verbis harum formularum vasallagii mixti, subjectionem vasallorum Imperii exinde evinci posse negant, quos inter est Johannes Wilhelmus Relfensdo Heromontanus, scriptor personatus, cujus verum nomen tamen est Rosenfeldius



Hildeburgensis. Francus, in libello suo de summa Principum Germanicorum potestate. cap. II. cui Bernh. Köhne in Diss. de statu Elect. Imp. §. 3 2. & seqq. & Cæsarinus Furstnerius de suprematu, nec non Severinus de Monzambano de statu Imp. Germ. cap. 5. & 4. adstipulantur, & quidem hisce ex rationibus: (1) quod, quadam potestate Majestatica imperii, Principes partim pollere, certum sit, partim vero ex capitulationibus & constitutionibus Imperii liqueat, Principes Imperii a Cæsare ipso, ut Status & Membra Imperii haberi, & nunquam ut subditos censer; (2) quod in Comitiorum decretis, ipse Cæsar & Imperator, cum Principibus & Statibus imperii vasallis, per modum conventionis placita Imperii iniisse confiteatur, & (3) quod Cæsar cum imperii Principibus & Statibus vasallis, adeo fœdera defensiva & offensiva pepigisse, constet, id quod Imperatoris Majestati non conveniret, si illi ejusdem subditi putandi forent. Itter. de feud. Imp. cap. XIX. §. 6. & 7.

## X.

Verum enim vero, non heic disquiritur, an Principes & Status Imperii sint subditi Imperatoris & imperii, quam hoc, an eorundem subiectio, ex formula vasallagii præstari solita probetur; tametsi temperamentum hac in re eorum, qui contra Vitriar. de jure publ. Lib. I. tit. 19. Status Imperii veros subditos asserentem, loco Imperii subditorum, Civium, vel membrorum immediatorum, nominationem substituant, nobis magis arrideat, nempe Strauchii, Boeckleri, Burgoldensis, Rhetii, nec non Itteri de feud. Imp. cap. XIX. §. 7. & 9. aliorumq; a Pfeffing. ad Vitriar. Lib. I. tit. 19. §. 2. in not. lit. a. adductorum, Nihilominus tamen subiectionem & obedientiam in vasallagio Statuum imperii, juramento firmandam, negare possumus quam minime, quia hi vasalli suo juramento



mento Imperatori & imperio, utique: Treu / hold / gehorsam und gewärtig zu seyn promittunt, quæ verba omnino notam subjectionis involvunt. Vnde Heiderus in *De duct. Lindaviens.* pag. m. 840. monet: gehorsam / gehöre als eine zu den Huldigungs Eyd/quin & hoc solo juramentum fidelitatis & subjectionis discriminant Doctores, quod illic juretur, getreu / gewärtig / und hold zu seyn / hic autem gehorsam / getreu / und hold zu seyn. Gailius de *arrest. Imp. cap. VII. n. 10. & 11.* Accedit, quod juramentum Statuum Imperii feudale, hodie cum primis hac clausula sit auctum: Alles dasjenige zuthun / das einen gehorsamen Fürsten und getreuen Lehmann / gegen E. K. Majestät und dem heil. Römischen Reich / zu thun gebühret. quæ clausula publica autoritate approbata extat in literis investituræ, quibus Carolus Lotharingiæ Dux, a Rudolpho Cæsare quondam investitus fuit, quando juramentum istud fidelitatis, subjectionis & obedientiæ diserte ipse nuncupat apud Conring. de *finib. Imp. cap. XXVI. p. 526.* Sic in diplomate erecti Ducatus Lunenburgensis, quod A. 1354. exaratum est, Ducem illum, Romanorum Regi, debita & solita juramenta fidelitatis, & obedientiæ, & subjectionis præstitisse, constat. Maibom. in *opusculo historic. p. m. 514.* id quod etiam ex aliis publicis documentis, quoad externos Imperii vasallos, adstruit Iter. de *feud. Imp. cap. IX. §. 43. in fin.* dum & hos simili modo devinci latius deducit. Nec Rusdorffium in *vindic. causa Palat. cap. XXIII. n. 54.* solum nexum feudatarium statuminantem, & vocem obedientiæ, non veram subjectionem, sed impropiam, pro substrata materia accipientem, eandemque secundum morem & observantiam Imperii explicantem, ejusque affectas, ab Itero *cit. cap. IX. §. 44.* citatos, juvat, cum obedientiæ vocabulum, cujus fit mentio in juramento Statuum & va-



fallorum Imperii, ubique plus inferat, quam obsequium vasalliticum: hoc enim obedientiæ juramentum, quod Episcopi Pontifici Romano, a Gregorii VIII. ævo præstant, satis arguit, & Maximiliani II. denegatio juramenti, de obedientia, Romano Pontifici præstanda, id pariter edocet. Paulus Sarpus *Lib. VIII. Hist. Concil. Trident.* Schilter. *in jur. feud. Alem. cap. IV. §. 10. in fin.* Itter. *de feud. Imp. cap. IX. n. 46.* licet enim non per omnia istud juramentum, homagio subjectionis strictæ dictæ æquiparetur, ceu Itterus *cit. loc.* monet; tamen subjectionem in eo satis arguit, quod (1) omnes Status jurent *gehorsam zu seyn* / (2) omnes obligentur Legibus Imperii, ejusque jurisdictioni plenissime subjiciantur, (3) omnes ob delicta non feudalia puniri, & in Bannum daclarari possint, (4) omnes possint committere crimen læsæ Majestatis in Imperatorem & Imperium. conf. Vitriar. *Lib. I. tit. 19. de jure publ. §. 2.* ibique Pfeffinger. Limnæus. *jure publ. cap. VII. part. 4. n. 36. & 44.* Itter. *de feud. Imp. cap. XIX. §. 10. 11. 12. usque ad 16. & seqq.*

## XI.

Neque de exteris Regibus & Principibus, feudali vinculo Imperio Germanico obnoxiiis, dubitandum est, num & ipsi feudorum suorum nomine, pro subjectis Imperii membris & civibus, haberi debeant. Licet enim sint, qui Italiæ Principes Imperii, tantum vasallos, non simul subditos esse, hoc argumento evincere conentur, quod eorundem sacramentum ab illo, quod Imperii Status vasalli præstant, longe diversum sit, & fidelitatem duntaxat, non vero subjectionem importet, sicuti ex Radevico *de Gestis Friderici I. lib. I. cap. XIX.* constat, & in universum omnes Italiæ Principes & Duces, superiorem non recog-



gnoscere, peculiari tractatu de orig. dign. & potest. Ducum Italia adornato, adstruere laboravit Ludolph. de Sabloneta præcipue n. 77. & seqq. add. Carpz. de Leg. Reg. cap. XIII. sect. 3. n. 19. & seqq. Quod si de Italia Principibus hoc verum est, majore sane probabilitate, maximos illos externos Reges, latissimorum territoriorum Dominos, & feuda ab Imperio recognoscences, e subditorum censu quis eximendos esse dixerit, cum Gryphiandro *Velit. juridic. polit. XXV. th. 57.* & Klockio de *Contribut. cap. XIV. sect. 2. n. 4.* & Gerdesio, Jcto Gryphiswaldensi, potissimum Regia potentia & dignitate, antea jamtum stipatos, & Imperii vasallos postea demum factos, qualis est Rex Sueciæ, a proprie dictæ subjectionis vinculo liberos defendente in *tract. de Mandat. advocat. cap. VII. n. 10. & 21.* Ast cum non tantummodo Rex Sueciæ, sed & alii exteri Reges atque Principes, eadem plane sacramenti formula, Cæsaris & Imperii Superioritatem atque jurisdictionem, ratione feudorum, quæ inde recipiunt, recognoscunt. *Itter. de feud. Imp. c. IX. §. 47.* ideo sola ex hac ratione omni distinctione insuper habita, cunctos Reges & Principes extraneos, Imperialibus feudis donatos, ultra vasallicæ obligationis terminos, etiam adductæ subjectionis vinculo Cæsari & Imperio devinctos esse, omnino statuendum venit. *Dn. Lib. Baro de Lyncker. de Gravam. extrajudic. c. IX. P. II. §. 55. p. 867.* *Schüz. de Vicar. Imper. concl. 45.* *Schulz. Synops. feudal. c. IV. n. 18.* *Beckm. ad aur. Bull. tit. 11. p. 161.* Hinc quoad Legatos ejusmodi Regum, feudali vinculo Germaniæ obnoxiorum, intuitu honoris iis exhibendi, hoc attendi maxime solet, an a Regibus, qua talibus, an vero ab Imperii vasallis & Principibus missi sint, notante *Kulpis. de Legat. Statuum Imp. cap. XIII. §. 8.* Quod ad Italia Principes & Comites Imperii vasallos atinet, ipse Carolus

lus



lus Emanuel, Sabaudiaë Dux A. 1614. in literis ad Imperatorem Matthiam perscriptis, semet ipsum Sacri Imperii Principem, subditum vasallumque factus est, ceu harum tenorem excerptum proposuit Carpz. *de Leg. Reg. cap. VII. sect. 7. n. 22. & seqq.* id quod etiam convenit Rec. Imp. *de A. 1541. §. 6. ubi des Heiligen Römischen Reichs Fürst und Lehmann* nuncupatur. & R. I. *de A. 1547. in pr.* ubi Imperator Ducem Sabaudiaë, Principem suum, & Imperii membrum appellat. Itter. *de feud. Imp. c. VI. §. 16. & 17.* Nec minus in ducatus Lucensis erectione, Ludovicus Imperator, a Duce illo plenam & liberam obedientiam exegit, & ut omnibus suis & Imperii mandatis pareat, eaque servet, diserte sibi stipulatus est, apud Meibom. *in Opusc. histor. p. 511.* Similiter Archi-Episcopos, Abbates aliosque, intra terminos Imperialium quarundam ditiorum constitutos, ad homagia, fidelitates, subjectiones, & obedientias, ratione feudorum Imperialium, obligatos esse, constat ex privilegio Vicariatus a Carolo V. Imp. quondam Sabaudiaë Duci concessio, apud Limn. *Tom. II. add. ad. Lib. V. pag. 440.* Ceterum rationibus & assertionibus Rudolphini de Sabloneta, superius allegatis inverisimilibus, nugisque referentibus, opponimus merito argumenta Paurmeist. *de jurisd. Imp. Lib. II. c. IV. n. 34. usque ad n. 76.* quibus Itatorum vasallorum, Principum, aliorumque, erga Romanum Imperium subjectionem, tam clare atque dilucide demonstravit, ut partis insimul adversæ tela & machinæ, penitus destructa & disjecta existant. Hinc convenientius est, quod Cæsarinus Fürstnerius de hac re tradidit, qualescunque obligationes Suprematui, quem vocat, non ob stare, nec quicquam referre, an Illustris ejusmodi persona, Imperii vasallus, & simul subiectus alteri sit. Vnde etiam, ut summi Reges, Prin-



Principesque, in quibusdam regionibus proprio, nemini-  
que obnoxio jure, in aliis vero, secundum præscriptam va-  
sallagii mixti formulam, imperitare valeant.

XII.

Nec etiam porro assertioni nostræ, superius deductæ, ra-  
tione Principum & Statuum vasallorum Imperii, quicquam  
officit, quod ipsi membra Coimperantia, secundum Instrum  
Pac. Westph. art. VIII. §. gaudeant. 2. in Imperio existant,  
atque sic eorundem subjectio atque fidelitas, cum illa fa-  
cultate coimperandi in toto Imperio, & territoriali pote-  
state, vix stare possit: nam isto consortio atque jure co-  
imperandi, Status Imperii non utuntur ut singuli, sed  
quatenus conjunctim considerantur. Hinc non impedit,  
quo minus ut singuli subjecti esse queant Imperatori &  
Imperio, maxime quod eorundem superioritas, quanta  
etiam sit, intuitu territoriorum, dependens tantum sit, &  
Majestati universi Imperii subordinata, ipsique duntaxat  
in corpore participant de Imperii administratione. Vitriar.  
*de jur. publ. L. I. tit. XIX. §. 3.* unde Statum Imperii mem-  
brum esse coimperans, & esse Imperatori & Imperio  
subjectum, huicque vasallagio mixto adstringi, non sunt  
contraria. Instr. Pac. Westph. art. VIII. §. gaudeant. 2. cum  
formula vasallagio eorundem adjecta, wie ihm das zu-  
thun gebühret / von Rechts und Gewohnheit wegen / sem-  
per secundum Leges & observantiam Imperii sit interpre-  
tanda. Iter, *de feud. Imp. c. V. §. 35.* Strauch. *Exerc. Institut.*  
*jur. publ. Lib. I. Tit. 14.*

XIII.

Similiter superius sententia nostræ, quod vasallagium

F

non



non inducat subjectionem, limitatur in eo vasallagio, quo Landfassi vasalli Dominis territoriorum clausorum obstringuntur. Infr. Pac. art. V. §. 28. in verbis: *nisi forte in quibusdam locis ratione bonorum, respectu territorii vel domicilii, aliis Statibus reperiantur subiecti.* Sic etiam Status Imperii, aliaque membra immediata, in alterius territorio bona possidentes Landfassiaca, ubi plenarius Landfassiatu viget, die *rechte und völlige Landfässerey* / simul subjectionem Dominis debent, modo speciatim sese juramento Landfassiaco ac vasallitico affecerint, uti in Saxonia, Bavaria, Hassia, & Palatinatu superiori, Pomerania, Austria, Megapolitano ducatu, Marchia Brandenburgica, ejusmodi plenarium vinculum Landfassiorum deprehenditur. Pfeffinger. ad Vitriar. *de jur. publ. Lib. I. tit. 22. n. 2. lit. a.* ubi nemo sine subjectione feuda possidere potest. Schilter. *Exerc. ad ff. XIII. th. 26. 27. & 28. Befold. Thef. pract. voce: Landfass.* Pfeffinger. ad Vitriar. *Lib. XXII. n. 4. lit. a.* Potest enim aliquis in Imperio duplicem personam sustinere, imperialem scilicet, & provincialem, h. e. esse immediatum sub Imperio, & simul Landfassium alicujus Principis, ceu exemplis id illustrent Gail. *de arrest. imp. cap. VI. §. 14. & Lib. I. Obs. 30. n. 2.* Gylmann. *Lib. I. decis. Cam. XLVI. §. 39.* id quod etiam ex conjecturis quidam Interpretes elicere contendunt, autumantes, quod si quis domicilium suum in territorio clauso constituat, majoremque suorum bonorum partem ibidem possideat, magnam praesumptionem existeret, talem possessorem esse Landfassium. confer. Pfeffinger. *in not. ad Vitriar. Lib. I. Tit. 22. §. 4. ad ff. XIII. §. 28.* Sed rectius dispiciendum esse monet Schilter. *Exerc. ad ff. XIII. §. 28.* num plenarium jus Landfassiatu ibidem vigeat, num tantum minus plenum, unde & Ziegler. *ad Aur. Prax. Calvoli.*



voli. §. *Landfaffii. limit. 3. n. 15.* non omnem Landfaffiatum mutare conditionem personæ, & eandem domino territorii subijcere, adstruit Schilt. ubi *cit. loc.* varias exceptiones & exempla adducit, & pactis ac observantia istud plenarium jus Landfaffiatum limitari asserit. *ib. 29.* Huc referunt etiam illud, quando quis duntaxat feudalia immobilia possidet, sed nullum domicilium ibidem constituit, licet homagium reale tantum, & non personale simul præstiterit, ut quidem ratione illorum bonorum, pro subiecto habeatur, non vero ratione personæ, utpote quæ duntaxat respectu rei sitæ devincta est, ceu apparet ex Horn. *jurispr. feud. cap. XIII. §. 4.* & Respons. Iurid. Facultat. Wittenberg. annexo *sub N. X.* Ex quibus omnibus consequens est, talem possessorem, qui homagio reali tantum obstrictus est in territorio, vel coram jurisdictione, sub qua bona sita sunt, actionibus personalibus conveniri non posse, nec extra causas, quæ rem, quam possidet, tangunt, obedientiam debere domino territoriali vel loci. Vietor. *de Exempt. Imp. concl. XXIX.* Sola enim bonorum possessio subditum non facit, nec homagium, quod quibusdam in locis bonorum possessores, etiam forenses, præstare tenentur, id operatur, cum hoc semper, salva libertate personæ ac status, præstetur, quod etiam in personis Ecclesiasticis pontificiis, domino territorii, ratione bonorum, quæ possident, jurantibus verificatur. *cap. nimis. 30. X. de jurejur. cap. unic. vers. verum. de Statu Regular. in 6.* Vietor. *cit. loc. concl. 29. in fin.* Maul. *de Homag. tit. 1. n. 7.* Gylm. *Lib. I. decis. cam. 46. n. 159.* ubi scribit: die Prälaten in Bayern præstiren Erbhuldigung wegen ihrer im Land liegenden Güter. Ritter. *de homag. c. V. n. 109.*



## XIV.

Pariter aliud etiam sentiendum venit de illo vasallagio mixto, quo vasalli hodierni, cum primis burgenforum & rusticorum, aliorumque feudorum parvorum, etiam emphyteuticorum, *Burger / Bauer / Erbzins und gemeiner Lehen* / ut subditi Dominis suis, in territoriis etiam non clausis, ubicunque etiam sint sita ipsa feuda, tenentur, quales, si immediate, ab ipso suo Domino jurisdictionali superiori, ista prædia recognoscunt, pariter Landsassii & subditi, sed ignobiles, audiunt. Si autem a Nobilibus, & aliis Domino territorii subiectis personis, ista bona feudalia & emphyteutica detinent, emphyteuticarii feudales, *eigen Leute / hubarii, Hoff-sass, nec non Hinterlassen / vocari solent*, qui omnes Domini territorialis superioritati, etiam ratione illorum feudorum sunt subiecti, sive immediate, sive mediate, ab isto bona illa detinent, & domini sui immediati, sive secundi, jurisdictioni restrictæ & circumscriptæ, *der kleinen Vogtenstcheit* / sunt addicti. Pfeffing. ad Vitriar. *L. I. Tit. 22. §. 6. lit. 6. p. m. 968. & 970.* Dissert. Dn. Christ. Theoph. Dilherri a Thumenberg. *de jurisd. emphyt. Germ. annexa. c. II. per. rot. sub Domini Præsidis moderamine ante annum ab hinc habita.* Siquidem & illi omnes, notas subiectionis Landsassiacæ, clare præ se ferunt, nempe præstationem homagii, quo jurato se Domini territorialis subditos esse fatentur, & tam in actionibus realibus, quam personalibus, coram Domino territorii, in subordinatis ejusdem judiciis conveniuntur, nec non mandatis ejusdem territorialibus, obedientiam, & obsequium præstare tenentur. Speidel *voce: Landsass. p. 607.* & Pfeffing. *in not. ad Vitriar. Lib. I. tit. 22. §. 6. lit. a.*

XV. Ex



XV.

Ex hisce omnibus, latius in medium propositis, rationibus fati dispalescit, multum juvare posse, num quis vasallagio mero, num mixto alicui sit obstrictus. Nam effectus vasallagii meri, ceu supra jam tum monitum est, duntaxat hi summatim perhibentur esse, quod quidem tali vinculo ligati, domino feudi fidelitatem & reverentiam debeant, & non nisi ratione feudorum & causarum, illorum constitutionem & privationem spectantium, jurisdictioni ejusdem addicti reperiantur, nec crimen læsæ majestatis committant, sed solummodo feloniam. Vitriar. *de jure publ. Lib. I. Tit. XX. §. 4.* ut adeo hoc passu, vasalli simplici vasallagio obstricti, melioris conditionis sint, quam mixto vasallagio, hoc est & subjectione & fidelitate domino obnoxii, qui in omnibus causis plenissimo jure domino feudi & territorii subjiciuntur, uti sunt vasalli Imperii. Horn. *jurispr. feud. Longob. Teut. cap. XIII. §. 5.* Itter. *de feud. Imp. c. XIX. §. 9. 10. & cap. IX. §. 43. & seqq.* Vitriar. *in jur. publ. Lib. I. tit. 19. §. 1. & 2.* ibique Pfeffing. *in not.* nec non illi, qui sub aliis Principibus plenum Landsassiatum jus in suis territoriis tenentibus, homagium personale & reale simul præstiterunt. Horn. *in jurispr. feud. Long. Teut. cap. XIII. §. 6.* vel etiam illi, qui a dominis suis territorialibus, prædia emphytevtica & alia bona in feudum acceperunt. Schilter. *Comm. ad jus feud. Alem. c. IV. §. 9.* Hi omnes, indifferenter ratione omnium causarum, etiam non feudali, coram domino suo comparere tenentur. Limn. *de jure publ. L. VI. c. IV. §. 2. p. 176.* Cluten. *Sylog. rer. quotidian. th. 26. lit. k.* Hinc juramentum subjectionis præstant domino suo, in ejusdem judiciis provincialibus, & subordinatis instantiis comparent, collectas, aliaque onera publi-



publica, in commune ærarium conferunt, ad domini curiam, seu judicium superius appellant, angarias & servitias consueta subeunt, & læsæ majestatis rei fiunt. Pfeeding. ad Vitriar. *Lib. 1. tit. 22. §. 4. lit. b.* Horn. *in jurispr. feud. Longob. Teut. cap. XIII. §. 6.* Vietor. *de Exemt. Imp. conclus. 22.* nisi quidam ex illis ejusdem sint amtsassii, vel hinterassii, hoffsassii & hubarii, qui omnes, non statim coram Domino superiori territorii, sed in sua instantia inferiori subordinata, vor ihren Nentern / Untergerichten / und aigenherren / unter denen sie gefessen / und welchen sie unterworfen / conveniri debent. Pfeeding. in not ad Vitriar. *Lib. 1. tit. 22. §. 5. lit. b.*

## XVI.

Facile hinc dijudicandum venit, quid nam opinari debeamus de hac quæstione: Si quis Landsassius est alicujus territorii & subditus, atque ædes suas, seu prædia & bona, quæ in clauso territorio, cujus Landsassius & subditus est, tenet, aliis in prædia ista venientibus hominibus, artificibus & opificibus potissimum, habitandi causa pro certa mercede, locationis contractu dedit conducenda, Dominus autem feudi collectas ab hisce artificibus & opificibus, in prædiis istis feudalibus commorantibus & habitantibus, exigere contendit, aut Dominus territorii, jus eisdem, ceu in suo territorio commorantes homines & incolas, collectandi, soli sibi asserit, quis ex hisce utrisque, majori juris fundamento intentionis nitatur? Sane, sicuti ejusmodi feudi possessori, nihil aliud ab ejusmodi conductoribus debetur, nisi hoc, ut vi contractus locationis commodum mercedis, i. e. locarium, pro usu rei præterdere valeat, etiam si possessor feudi Nobilis, habens jurisdictionem feudo adjun-



adjunctam, existat, & alioquin censum incolatus jurisdictionalis, das Gerichts-Schutz-Geld/exigere possit; ita Domino feudali eo minus jus collectas exigendi, ab ejusmodi artificibus atque opificibus, inhabitantibus ædificia conducta in feudo, sibi attribuere valet, quo apertius non modo est, ipsum omnem utilitatem ratione feudi sub concessione utilis domini, vasallo suo tradidisse, & se nullo jure collectandi, in alterius territorio clauso, intuitu sui domini directi feudalis, stipatum esse; ratione cujus jura Domini territorii, indubie hoc casu potiora, atque multo fortiora censenda sunt, ut merito hic eidem, in collectatione personarum in feudo licet locationis lege habitantium, præferri debeat quoad collectas, tam ratione eorundem patrimonii, quam ratione quæstus, mercaturæ, artificii, opificii imponendarum, quare etiam illi, & non huic jus collectandi adjudicandum arbitramur secundum Instr. Pac. Westph. art. VIII. §. gaudeant. 2. verbo: *tributa indicenda. R. I. d. A. 1512. §. und damit die Mäßigung. Klock. de contribut. cap. II. n. 86. & c. IX. n. 15. & 19. nec non n. 86. 96. 67. & 68. utpote quod jus non modo res, absque respectu possessorum, sed etiam personas, si sunt incolæ, vel territorium inhabitantes, utique afficit. L. 6. §. 5. L. 18. §. 21. 26. & 27. ff. de numer. & honor. Hahn. ad Wesenb. tit. ff. de locat. & conduct. n. 16. Pariter ex superioribus patescit, cuinam Domino, vasallus alii vinculo homagiali, & alii nexu & vinculo feudali subjectus, steuras atque collectas præstare teneatur; utique non Domino feudi, cui merito vasallagio obstricti vasalli sunt, hæ collectæ attribuendæ veniunt, utut quandoque adoham, sive hostenditias, seu adærationem, loco servitiorum feudalium, aliasve conventas præstationes feudales, Domino feudi lice-*

at



at exigere; sed Domino ei, cui homagiali, vel mixto vasallagio, sive subjectione & fidelitate addicti, illæ contributiones debentur, etiamsi alibi & in alterius territorio non clauso prædia sua sita possideant. *Ming. de superioris. terris. §. 16. 18. Vitriar. de jur. publ. Lib. I. tit. 22. §. 2. 3. & 4.* quamquam Nobiles Imperii immediati, istas collectas Imperatori magis tanquam subsidium charitativum solvere dicantur. *Itter. de feud. Imp. cap. XXI. §. 22. Swed. in Introd. ad jus publ. spec. sect. I. cap. XXIV. §. 40.* Hæcce sufficiant ad demonstrandam, in præsentis Exercitatione Academica, veritatem brocardici illius juris feudalis: Vasallagium merum & absolutum, sive simplex, subjectionem nullam involvere. Conatum hunc nostrum, benevolus Lector pro suo candore, ut boni consulat, officiose ab eodem contendimus, Deo Opt. Max. grates debitas agentes, & Dissertationi huic imponentes

F I N E M.














AH dorf, Diss, 1720-21

X 2344230









U. l. n. 7. 2, 434. 277.  
273  
14

B. C. D.  
DISSERTATIO IVRIS FEVDALIS  
DE 1725/3a  
**VASALLAGIO  
SVBIECTIONEM NON  
INFERENTE**  
**Lehen-Mann kein Unterthan**  
P R A E S I D E  
**DN. HENRICO HILDE-  
BRANDO ICTO**  
SERENISSIMI DVCIS PALATINI SOLISBAC.  
NEC NON REIPVBL. NORIC. CONSIL.  
COD. ET IVR. FEVDAL. PROF. PVBL.  
VNIVERSIT. SENIORE  
**PATRONO ET PRAECEPTORE VENE-  
RANDO COLENDO**  
ERVditorVM VENTILATIONI  
IN ORDINE CIRCVLARI  
PROPOSITA  
A  
**PAVLO Bachau NORIMB. I. V. CVLT.**  
D. MAII cloccccxxi.

---

ALTORFI 6  
LITERIS IOD. GVIL. KOHLESII ACAD. TYPOGR.

36

